



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

182. An Sacerdos, quando confessus est, & post celebrationem recordatur  
alicujus peccati obliti in dicta confessione, teneatur quam primum  
confiteri, ut impleat præceptum Concilij Tridentini sess. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

hoc in & alieius mortalis oblii recordaretur ante sumptio-  
nem. Ratio est: quia Concilium solum dicit, Sacer-  
dotem teneri statim confiteri, quando, necessitate  
urgente, absque prævia Confessione celebraverit,  
& quod revera non adsit copia Confessarij: ac pro-  
inde si aliquod horum deficit, non est injungenda  
Sacerdoti post celebrationem: & consequenter qui habens Confessarium  
celebravit absque prævia Confessione, vel cum Con-  
fessione prævia ex inconsideratione, & oblivione  
qui etiam peccati non tenetur quamprimum confiteri;  
alieius peccati non tenetur quamprimum confiteri;  
obligations enim non sunt amplianda, dum Con-  
cilio illa duo requirat simul ad obligandum cele-  
brantem absque prævia Confessione, quod statim  
confiteatur, & necessitatem urgente, & inopiam  
Confessarij. Et eodem modo philosophandum exi-  
stimo de eo, qui ante Missam confessus est omnia  
peccata mortalia, præter unum, quod justis de cau-  
sis facit, vel de eo, qui habens casum reservatum,  
non potest recurrere ad Superiorum, urgente ne-  
cessitate celebrandi, confitetur inferiori, ab eoque  
absolvitur direcè non reservatis. In priori casu so-  
lum teneri confiteri ante aliam celebrationem, five  
proximè, five ad longum tempus futuram. In poste-  
riori vero teneri confiteri Superiori tempore debito,  
quando instat obligatio celebrandi, & adeo oppor-  
tunitas recurrendi ad Superiorum. ] Hucusque Ca-  
pens. Unde ex his ego puto utramque sententiam  
esse probabilem. Et ideo Hieronymus Garcias in  
Summa Theol. mor. tr. 3. diff. 5. dub. 1. punct. 7.  
[Ambas(ait)etas opiniones son probables, y al pa-  
recer mas la segunda; pero en un caso tengo por mas  
probable la primera, que es, cuando aviendose uno  
confesado antes de decir Misa, y estando en ella, se  
acordase de un pecado mortal, que se le olvidó en  
la Confession proxime passada, ó que de hecho le  
cometió diciendo Misa; en esto caso por mas pro-  
bable tengo, que estaría obligado al Precepto del  
Concilio; porque este tal celebra con conciencia de  
pecado mortal, sin confessarse primero, de lo qual  
le escusa la necesidad presente, y urgente, luego  
concurre aquí todo lo, que dice el Concilio; luego  
este caso comprehendese en el Precepto del. Otro  
caso ponen algunos, y es, cuando uno se acuerda del  
pecado, aviendose ya fumido, ó acabado de decir Mis-  
sa; pero en este por tan probable tengo la parte ne-  
gativa, como la afirmativa. ] Hac Garcias. Vide  
etiam circa presentem questionem Cardinalem de  
sup hoc in Lugo de Eucharist. diff. 14. num. 146. & 147. qui  
etiam addit, probable esse, Sacerdotem qui in ipso  
etiam celebrandi committit aliquod peccatum morta-  
le, non teneri quamprimum confiteri, quod etiam  
in hoc probat Pellizarius in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 2.  
§. 1. sed. 1. num. 117.

### RESOL. CLXXX.

An si post sumptionem Eucharistie Sacerdos recorde-  
tur alieius peccati teneatur quamprimum confite-  
ri? Ex part. 9. tract. 3. Refol. 25.

§. 1. IN partem affirmativam inclinat Araujo in  
3. part. quæst. 80. art. 4. num. 30. ubi sic ait: [Et  
si roges, an si quis post sumptam debet Eucharisti-  
am, recordetur peccati mortalis nondum confes-  
si, an teneatur illud confiteri prius, quam iterum  
ad Communione accedat, vel non? Respondeo,  
utrumque esse probabile: sed affirmativam partem  
potius confulerem.] Ita ille.

2. Sed negativam sententiam tenet Candidus tom.  
3. diff. 2. art. 22. dub. 60. ubi ita ait: [Sacerdos,

qui solum propter oblivionem celebrat, & commu-  
nicat absque Confessione præmissa, vi Praecepti in  
Sacro Concilio conditi non tenetur postea quam-  
primum confiteri: quia oblivio non propriè dicitur  
urgens necessitas. Sed Sacrum Concilium statuit,  
quod Sacerdos celebrans, urgente necessitate abs-  
que prævia Confessione, cum conscientia peccati  
mortalis, tenetur quamprimum confiteri: ergo Sa-  
cerdos, qui ob oblivionem ante communionem  
non est confessus peccatum mortale, quod habet; si  
post celebrationem illius recordetur, ut Praecepti in  
Sacro Concilio conditi siff. 13. cap. 7. non tenetur  
illud quamprimum postea confiteri.] Hæc Candi-  
dus. Unde utramque sententiam asserit Garcias in  
Summa Theol. mor. tr. 3. diff. 5. dub. 1. punct. 7. n. 85.  
esse probabilem, sic afferens: [Otro caso ponen  
algunos, y es, quando uno se acuerda del pecado,  
sup. hoc ad aviendo ya fumido, ó cabado de decir Misa: pero  
en este por tan probable tengo la parte negativa,  
como la afirmativa.

3. Verum ego protus negativæ sententia adha-  
reo: quia, si Sacerdos post sumptam Eucharitiam  
recordatur alieius peccati, non potest dici, quod  
celebraverit sine prævia Confessione ex inopia Con-  
fessarij, vel urgente necessitate, ut de casu prioris  
Resolutionis dicebatur: ergo non tenetur confiteri  
quamprimum. Et ita tenet Persicus de offic. Sacerd.  
lib. 1. cap. 1. dub. 15. n. 175.

### RESOL. CLXXXI.

Qui confessus est ante celebrationem, & ex oblivione  
omisit aliquod peccatum, queritur, an teneatur con-  
fiteri illud quamprimum ex precepto Concilij Tri-  
dentini siff. 13. cap. 7? Ex part. 4. tract. 4. & Mise.  
Resol. 97.

§. 1. A D hoc dubium affirmativè responderet  
Joan. Praepositus in 3. part. quæst. 80. art. 5.  
dub. 4. n. 21. ubi sic ait: Si Sacerdos urgente necel-  
litate celebraverit sine prævia confessione peccati  
mortalis, cuius ante celebrationem erat conscius,  
tenetur quamprimum confiteri, quod non solum  
habet locum in eo, qui absolute non est confessus,  
sed etiam in eo qui iusta de causa aliquid in confes-  
sione non recentuit, vel ex oblivione, quia hujus-  
modi peccatum, per se loquendo, debebat ante  
communionem subiici clavibus, & dici potest, quod  
confessus illius celebraverit, sine ejusdem confes-  
sione, & proinde Decretum Concilij ad illum casum fe-  
xendit. Ita ille.

### RESOL. CLXXXII.

An Sacerdos, quando confessus est, & post celebra-  
tionem recordatur alieius peccati oblii in dicta con-  
fessione, teneatur quamprimum confiteri ut impleat  
præceptum Concilij Tridentini siff. 13. cap. 7.

Et notatur quod dictum præceptum Concilij tantum  
sunt latus pro celebrantibus, qui consci mortalis, &  
non habentes copiam Confessarij, & urgente necel-  
litate celebrarunt absque prævia confessione.  
Eriamque advertitur, quod si quis in scanno commu-  
nicantium recordetur mortalis posse, absque prævia  
confessione communicare? Ex part. 5. tract. 14. &  
Mise. 2. Ref. 6.

§. 1. A Ffirmativam sententiam docet Praeposi-  
tus in 3. p. D. Thom. q. 80. art. 5. dub. 4.  
num. 21. Sed ego contrariam probabiliter existimo

S 4 cum

Sup. hoc ad  
literam in  
Ref. præteri-  
ta §. 1. ante  
medius, verbi  
qui tam  
led lege ea  
a principio,  
et aliam  
Ref. ejus  
primæ not.

Sup. hoc ad  
cursum in  
Ref. 1. post  
præteritam  
§. ult. inter  
principium  
& medium,  
vers. Idem  
censeo, &c.

Sup. hoc ju-  
sta causa su-  
p̄ta in Ref.  
172. §. ult. ad  
lin. 5. & post  
medium &  
in Ref. 179.  
§. ult. post  
medium,  
vers. Et co-  
dem modo.

cum Petro Cornejo tom. 2. in 3. part. tract. 4. diff. unic.  
quaest. 80. dub. 3. num. 3. ubi sic ait: Quare an hoc  
praeceptum quamprimum confundi, obliget non  
folium quando non fuit præmissa confessio, sed  
etiam quando qui præmisit confessionem, oblitus  
fuit alicuius peccati mortalis, cuius post celebratio-  
nem recordatus est? Respondeo negativè, & ratio  
est, quia Concilium id precipit quando non fuit  
præmissa confessio. Ita ille.

Intellecta doctrina sua multi ex supradicatis causis difficiliter venturum, & pro contento à lin. 6. hujus §. in Ref. 1. p. 11 præteritam, & pro contento à lin. 6. hujus §. supra late in Ref. 172. & in aliis ejus primis & pro contento in §. ult. hujus Ref. supradicata in Ref. 146 & in aliis §§. ejus primis annos.

2. Notandum est etiam hic ad tollendos scrupulos cum Hurtado diff. 9. de Euchar. diff. 7. & alios, quod dicunt præceptum Concilij tantum fuit latum pro celebrantibus, qui concilii mortalis, & non habentes copiam Confessarij, & urgente necessitate celebrarunt absque prævia confessione, ideo qui celebravit absque conscientia mortalis, quamvis post celebrationem recordetur mortalis ante celebrationem commissi, non tenetur eo præcepto, neque qui celebravit concilii mortalis, si erat copia Confessarij, aut si non urgebat necessitas celebrandi.

3. Notandum est etiam hic obiter quod si quis in scandalo communicantium recordetur mortalis, posse absque prævia confessione communicare, secundum dominum Henricum, ut alibi dictum est, etiam feclusa nota, & scandalio in quo videtur excedere. Sed Praepositus ubi supradictum. 19. quia communiter potest libelle periculum infamiae, putat in tali casu comunicatores posse sine scrupulo manere, nec expedit ut instituant confessionem ministratore Eu- charistiam.

RESOL. CLXXXIII

*An se quis, urgente necessitate celebrandi, casum reservatum cum omnibus aliis peccatis confessus sit cum inferiori Confessorio, teneatur postea quamprimum ex praecepto Concilii Tridentini, sess. 13. cap. 7. confessionem facere cum Superiore?*

*Et notatur, quod verba ista quamprimum intelliguntur, ut Sacerdos postea confiteatur suo tempore nempe ante aliam celebrationem? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 64.*

fessarij celebrat absque nova confessione.

2. Non desinam tamen hic obiter adnotare pro <sup>Sup. hoc in Ref.</sup> intelligentia illorum verborum Concilij quampri-  
mum, hæc P. Lugo asserere, ubi *supra* num. 1. p. 170. §. 5.  
Alij dicunt verba ista intelligi ut Sacerdos postea  
confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebra-  
tionem, quam lèntientiam faltem, per principia <sup>§. Nota</sup>  
extrinseca probabile esse docet idem Diana *loco* cundo.  
*citato*, & pro ea affert Stephan. Fagundez de pre-  
cept. Eccles. tract. 3. lib. 3. cap. 8. num. 9. Molfesium in  
*summ. tom. 1. tract. 3. cap. 10. num. 28.* & Petr. Binsfel-  
dium in *Enchir. Theol. past. cap. 4.* verum ex his au-  
toribus solus Fagundez id dixit abfque alio aucto-  
re, vel ratione. Nam Molfesius loquitur ibi expref-  
sè de laïco communicante, urgente necessitate abs-  
que prævia confessione, & de illo dicit debere habere  
contritionem cum proposito confitendi non  
statim, sed suo tempore, pro quo affert Suarium  
& alios auctores, qui certè id non dicunt de Sacer-  
dote celebrante. Petrus verò Binsfeldius citatur à P.  
Diana, non designata parte illius operis; & oporet  
tamen quod si in 1. part. non cap. 5. sed cap. 6. in quo  
tractat de illa obligatione Sacerdotis; sed ibi nullo  
modo insinuat ejusmodi lèntientiam, non potest ergo  
manere probabilis propter sola principia extrin-  
seca, quæ non habet aliud auctorem, nisi unum, &  
est contra omnes alios. Huc usque Lugo. Sed ad-  
vertat Lector, Molfesium & Binsfeldium in favorem  
lèntientis Fagundez non est à me citatos falsos, unde  
puto eorum codices quos penes se retinet amicissi-  
mus vir, non rectè impresos esse, ut ex incuria & ex  
reiteratis editionibus sèpè accidere solet, & ideo  
Binsfeldius, quem penes me habeo, in *Enchir. Theol.*  
*pastor. part. 1. cap. 5. §. 9. concl. 6.* sic ait: Quando Sacer-  
doti existenti in Altari in mentem venit aliquod  
peccatum mortale, quod non est confessus, tunc sola  
contritus sufficit; verum tenebitur absolutio sacrifi-  
cio quamprium poterit confiteri, id est, antequam  
amplius celebret. Sic ille. Molfesius autem in *summ.*  
*tom. 1. tract. 3. cap. 10. num. 28.* sic affert: Est igitur  
alia secunda & vera limitatio ex parte celebrantis, si  
nempe inchoasset sacrificium, nec posset illud re-  
linquere, vel ob scandalum, vel quia cœpta esset  
conferatio, & recordetur se esse in peccato mortali,  
vel quia post cœptum sacrificium cogitatione  
peccasset mortaliter, & sic de aliis; si non posset vo-  
care Confessarium, cui confiteatur, dum non po-  
test commodi confiteri, nec sacrificium inchoatum  
relinqueré, potest, in modo debet complete; conetur  
tamen contritionem habere cum proposito confiten-  
di citius, quod licet tutius sit & securius statim con-  
fiteri post completum sacrificium, data copia Con-  
fessarij; hoc tamen non est de precepto, & satis est  
pro adimplendo præcepto si confiteatur suo tempo-  
re, nempe ante aliam celebrationem. Hec Molfesius,  
licet citet aliquos qui hoc non asserunt; tenuerit igitur  
lèntientiam Fagundez alij duo Auctores; verum,  
ut dixi, ex rationibus à priori mihi non placet.

RESOL. CLXXXIV.

*An Sacerdos non celebrans, sed sumens Eucharistiam ab alio Sacerdote in peccato mortali teneatur quam-primum confiteri? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 28.*

**S. I.** **R**espondeo negativè: quia cùm hoc Pra-  
ceptum sit penale, extendi non debet, præ in-  
ni ad eos, ad quos verba ipsa Legislatoris in pro-  
pria significazione sumpta extendunt: atqui verba principi-  
Concilij in propria significazione sumpta non se  
extendunt; nisi ad Sacerdotes celebrantes, ergo non  
debent